



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Adiuratio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

curatur: quod & iam est in rerum natura, & ita simile est, vt vis a- gendi ad actionem similitudine accedit. lib. 2. de Anima, cap. 3. T. 57. Nihil quatenus coniunctum & copulatum est ipsum, a se pati- tur. Metaph. lib. 8. c. 1. T. 2.

Si plane quod verum est, fatear: nec opera, quae in docendo, & quae in discendo ponitur, nec efficientia & per se ipsa sunt, prop- riè: sed id, cui haec insunt, ipse, inquam, motus. lib. 3. de Natura, cap. 3. T. 22.

Ea quidem, quae copulata sunt, in se vicissim non agunt: quae au- tem apta sunt inter se, & se tangunt: ea quadam faciendi & feren- di vicissitudine tenentur. lib. 4. de Natura, cap. 5. T. 48.

Neque facere & accipere ea propriè possunt, quae se inter se non possunt contingere: nec vero permixti primum possunt: quae se inter se non certo quodam genere contingant & cohaereant. lib. 1. de Orth. c. 6. T. 43.

Contemplare velut in speculo tuas actiones: vt honestas quidem magis ornes, turpes verò abscondas. Biantis, apud Srob. ferm. 22.

Ad omnes in Republ. res & actiones perficiendas tria requirun- tur, imperij administratio, obedientia & victoria. Ad ministrare imper- ium ad meliores pertinet: obedire ad deteriores: vincere ad ambos. Etenim rationalis animae vis imperat: quae ratione caret obtemperat: simul autem ambæ vincunt affectus. Nam virtus virilique vt decet coniunctis inolefcit: & mox à voluptatibus atque moe oribus tranquillum serenumque reddit animum. Archybas Pythagor. de lege & iustitia.

Natura nos ad vtrunque genuit, & contemplationi rerum, & ac- tionum. Senec. de vita beata, cap. 31.

Quomodo res appetere sine vllo virtutum amore & sine cultu ingenij, ac nudas edere operas minimè probabile est (miseri enim inter se illa, & conferri debent) sic imperfectum ac languidum bo- num est. in otium proiecta virtus, nunquam id quod dicit, ostendens. Quis negat illum debere profectus suos in opere renare? nec tantum quid faciendum sit cogitare, sed etiam aliquando manum exercere, & ea quae meditata sunt ad verum perducere? lib. c. 52.

Omnes actiones totius vitae, honesti ac turpis respectu tempe- rantur: ad haec faciendi & non faciendi ratio dirigitur. Quid sit hoc dicam: vir bonus quod honeste se facturum putauerit, faciet, etiam si laboriosum erit: faciet, etiam si damnosum erit: faciet, etiam si periculosum erit. Rursum quod turpe erit, non faciet, etiam si pecu- niam, etiam si voluptatem, etiam si potentiam. Idem, epist. 76.

§ SENTENTIAE HISTORICAE.

Ad prudentiam & iustitiam potentia & fortuna debent adiungi, vt ciuiles actiones pulchritudinem & magnitudinem adipiscantur. Plutarch. in Dione.

Actionum honestarum suum est tempus, sua aetas: & verò omni- nò bona à turpibus solo modo discernuntur. Idem in Agesilao.

Dum suppetit facultas & otium, & quamdiu mentis atque cor- poris sanitate concedit Deus, benefaciendum est. Philip. Comi- natus lib. 9.

Est omninò periculosum actiones exemplis moderari, nisi ez- dem rationes non in vniuersum, sed singulatum omnes concurrant, deinde nisi eadem prudentia gubernentur: postremò, nisi præter cetera omnia, suas fortuna partes agat.

§ SENTENTIAE POETARVM.

Cum quid sanctum agis, bonam spem Tibi propono, certus quod Conatum iustum etiam Deus adiuuat.

§ D I V I S I O.

ADIVRATIO est duplex, secundum B. Thom. secundum. q. 9. Deprecatio per modum deprecationis, cum scilicet non intenditur imponere necessitatem adiuratio, sed tantum per invocationem, vel ob reverentiam di- ni nominis, vel cuiusvis rei sacrae intendimus ali- quid ab aliquo obtinere, & est duplex, scilicet Compulsiva vel coactiva, cum intendi- mus necessitatem imponere adi- uratio, & est duplex, scilicet Licita, quando adiuratio per virtutem di- ni nominis, illicita, cum imponendo adiuratio

Licita, qua Deum, deprecando adiuramus Angelum bonum, illicita, qua Hominem tam superiorem quam inferiorem, deprecando adiuramus Demones, Demones ne nobis noceant spiritaliter vel corporaliter, Irrationalem creaturam, in quantum recipit male spiritum, Deum, Angelum bonum, Hominem non subditum, Demones, vt doceant, auxilientur.

§ BIBLICI LOCI.

Adiurare, est cum obsecratione diuini nominis aliquem ad aliud inducere. Alij sic: Adiurare, est interposito iureiurando, & Dei au- toritate præcipere, vt intelligas te coram Deo consistere, & velut à Deo ipso rogan. Graecis tamen Scriptoribus significat iureiurando aliquem adstringere. Sicut etiam à Theologis accipi consuevit, pro eo quod coniurare dicunt, id est, per Dei nomen adhibitum præ- cipere. Vnde & Exorcizans in illis primis Ecclesiae incunabulis

Menander. Ne ad vitam immortalem, o dulcis anima, Festines, sed opus est vis viribus par aggregere. Pindarus. Faxis vir libeat quod est necesse. Publius. Exerce studium, quamuis per ceperis artem. Vt cura ingenium, sic & manus adiunas vsuq. D. Cato, lib. 4. Actor abit operis, sed ramentum extitit opus. Ouid. Duo cum idem faciunt, sepe possis dicere, Hoc licet impudè facere huic, illi non licet: Non quod dissimilis res sit, sed quod is qui facit. Terent. in Adelphi. Quid est suauius, quam bene res gerere, bene pe Plaut. in Capt. ratio secretam gannit in anrem. Ne liceat facere id quod vis rutiabit agendo. Peritius. Qui homo cum animo ab inuente etate depuratus, Virum id ita ne esse maluerit, vt eum animus equum crea- sciat. An ita potius, vt parentis & cognati cum esse velint: Si animus bonum per pulit, acti est, animo se inuit, non tibi, Si ipse animum per pulit, dum ruit, videt vidorem cluet. Tu si animum rucisti, potius quam animus te, est quod gau- deas. Nimo satis est, vt opus sit te ita esse, quare & animo lubet. Qui animum vincunt, quam quos animas, semper prodeunt eluent. Plaut. in Trinummo. Oderunt peccare boni virtutis amore; Tu nihil admittes in te formidine pena, Horat. i. epist. 16. Vnam neque turpia agas, neque patiario, Hoc enim virtutis certissimum est periculum. Theognis.

§ HEROGLYPHICVM.

Aloe, quod vulgo ob viriditatem semperviuum q. vocatur, imprimi fouetur à sole, & cum eius radijs elegantissimi flores il- lius circumaguntur. Ita quoque præclare laudabilesq; actiones à so- le iustitiae, Christo Deo Optimo Maximo conferuntur, semperque durant: nec à malis & inuidis hominibus, tanquam transiurius nebulis, vnquam possunt obscurari vel laefactari. In Collectione Hieroglyph. lib. 1.

Adiuratio.

§ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

ADIVRATIO, Graecè, ἱερωματις, id est: nam ἱερωματις, adiuro di- citur. Estque adiurare, per invocationem diuini nominis, vel alterius rei sacrae obsecrando, vel imperando inclinare eas li- cendum se, vel in comparatione ad eas aliquid agendum vel pa- tiendum. secundum Richard. in d. 37. art. 3. q. 2. Adiurare, est ordinare aliquid ad aliquid per diuina, secundum B. Thom. 2. 2. 90. art. 1. Vtentes huiusmodi artibus à iurisperitis dicuntur Exorcizatores.

d. di, qui miraculorum dono pollentes, inuocato Christi nomine Diabolos eieciabant. Adiurare, est: primo significat iusurandum ab aliquo exigere, vt tibi caueas, Marc. 5. 7. secundo imperare aliquid diuini nominis autoritate interpositis, Act. 19. 12. 1. Thef. 5. 27. quae postior signifi- ficatio ex illa priorum fluxit.

§ EXEMPLA SACRA.

Adiurationis exempla: Abraham seruum suum, Genes. 14. v. 2. 101cph

